



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Decima-quarta die Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Decima-quarta die Januarij.

*De sancto Pontiano, martyre Spoletino,
apud Traiectenses celeberrimo. Ex historia & Martyrologio Ultraiectensis ecclesiae, & literis ex Spoleto acceptis,
cura Ioan. Granij presbyteri Societatis I E S V.*

Spoleti, passio sancti Pontiani, martyris pretiosi, temporibus Antonini Imperatoris, sub iudice Fabiano. Cuius reliquiae habentur in Traiecto inferiori.

Hic gloriose superauit pœnam carceris, dira verbera, carbonum incendia, eculei cruciatum, vncinorum carnificium, feritatem leonum, penuriam ciborum, lectum ferreum, & plumbi fermentis acerbitatem. Quibus superatis capite plexus est, & palma martyrij coronatus. Anno autem nongentesimo sexagesimo sexto, cum Otho Romæ imperator effectus, inde in Germaniam viator rediret, studio pij praesulis Baldrici, sanctum martyris corpus acquisitum, delatum est Ultraiectum ad Pontificalis sedis aulam. Vnde festus dies sancti Pontiani ab omni dictæ diœcesis populo celebratur, die decima-quarta Ianuarij.

Eodem die, quamuis aliquanto post passus sit, festum eius celebrant Spoletini, qui & totum corpus se in ecclesia seu monasterio sancti Pontiani extra muros, habere asserunt. Quare translationem, quæ à Spoletinis hodie ignoratur, ad reliquias restringendam arbitror. Nec aliter in Martyrologio Ultraiectino (quod anno 1364. ex vetustiori, ut arbitror, exemplari scriptum est) legitur, nam verba eius superius transcriptissimis: quamuis pietas huiuscmodi libenter extendat.

Decima-